

nentur ne Mosen proscindāt, traditam ab eo do-
 ctrinam, in persona Roberti Stephani confo-
 diunt. Moses ab idolis Gētium tātum arcet Iu-
 daeos. Esto. Quīd tamen peccaui, si plus expri-
 mere, quān habeant eius verba, ausus nō sum?
 Quanquam textus ipse, censorum inscitiam co-
 arguit: Præcauet enim illic Dominus, ne quam
 sibi nouam formā imaginētur Iudæi, atque ita
 figmentis ingenij sui decepti, adulterino ritu
 Deum colant. Et quid verbis est opus, cum sin-
 gula hominum mentes, totidem sint idolorū of-
 ficinæ? Ergo non illic gentiū idola damnat Mo-
 ses: sed generaliter abstinere iubet populum ab
 omni visibili forma, qua Deus colatur. Vocem
 audistis in mōte Horeb, inquit: corpus non vi-
 distis. Quare videndum est, ne forte decepti fa-
 ciatis vobis imaginem, &c. Quōd ad vocem sse
 Etat, impudēter veterum suffragium obtendūt.
 Legantur cum alij, tum præsertim Lactantius,
 & Augustinus: subinde nomen imaginis oc-
 curret, vbi de profanis idolis sermonem habēt.
 Neque certe erat causa cur sibi tūc metuerent
 quando illis nefas erat, Christi & martyrum
 imagines pingere: vt loquitur Epiphanius, &